



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LI. Modus, Temperamentum, Conditio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

IV.

Modicum opponitur magno, sicut non modicum capitur pro magno in l. 1. §. 1. de liber. caus.

V.

Modica impensa ab Alex. in l. divorzio. §. impendi. n. 3. in fin. ff. sol. matrim. dicitur, quae fit pro fructuum perceptione, & magna, quae est ad perpetuam rei utilitatem, etsi ipsa quantitas sit exigua. Aliter statuit Menoch. de arbitr. jud. quest. l. 2. cas. 145. n. 4. quod modica impensa sit decidenda pro qualitate rei & personarum ex arbitrio iudicis. Munoz de Escobar de Ratiocin. cap. 25. n. 58.

VI.

Aliquando modicum est diviti, quod multum est pauperi. arg. l. legitimus §. 1. de leg. tutel. Bartol. in l. sed etsi suscepit. §. 1. in fin. de judic. arg. l. 1. ibi: & liceat. de aleat.

VII.

Modicitas pretii arguit simulatum contractum. Panorm. conf. 49. p. 1. n. 1. & praesumptionem facit contra verum contractum, ut si datur res mille valens pro centum. c. 1. vers. si quis. qual. ol. feud. alien. pot. Rimin. consil. 74. n. fin. istam autem modicitatem limitat Cavalcanus ad tertiam vel quartam partem, decis. 2. num. 15. Secus verò est, si laesio est ultra dimidium iusti pretii, tunc non simulatio sed laesio praesumitur. Besold. conf. 93. n. 84.

CAP. LI.

Modus, Temperamentum, Conditio.

Axioma I.

Modus honestus in omnibus rebus est servandus, non immoderata cujusque affectio suscipienda, l. 6. §. 2. ff. de offic. proconsul. ex damno 40. in princ. de damn. infect. Anton. Faber in C. suo de usur. definit. 2. num. 4. & modo adjecto standum, ut cuilibet licito & honesto pacto, ex eo enim fides contractus aestimandus est. l. 8. §. 9. de transact. dummodo idem status rei maneat: eo enim modo mutato proprietarius modum servare non tenetur. l. quare 54. §. inter locatorem 1. ff. locati. Tiberius Decian. 2. respons. 38. num. 9. Conn. conf. 75. num. 16. & conf. 105. num. 5. ne modus sit captiosus, quod contra bonam fidem est. Decianus resp. 4. n. 35. volum. 1. Alciat. respons. 77. n. 3. vol. 8.

II.

Modos & definitiones rerum inducere non hominis est, sed Legis. l. illud 19. C. de SS. Eccles. l. patre 8. ibi: quibus casibus solent. de his qui sui vel alieni juris. Ubi exemplum de furore paterno, quod eo non solvatur patria potestas, quia inter modos patriae potestatis solvenda receptos in civitate (hoc enim ibi vocula Mox designat) ista non sit: ita si quaeratur, an adoptio etiam fieri possit testamento? Recte respondet Lyclam. lib. 7. membr. eclog. 9. non posse: quia duo modi tantum Lege proditi sint, Principale rescriptum & imperium Magistra-

tus. Sic cum quaeritur, an regulariter pactis detur hereditas? recte negando respondebitur: quia certi sint modi, quibus hereditas detur, lex & testamentum. cum igitur in iis pactum non sit receptum, l. 5. Cod. de pact. convent. l. ult. de suis & legitim. consequens est hereditatem pactis dari non posse. Similia exempla occurrunt in l. 44. §. 7. ibi: certis modis definit deberi. de O. & A. l. 20. C. de pact. l. 18. C. de ingen. manumiss. l. 7. C. de sent. & interloc. Simile etiam occurrit in quaestione de doctorali dignitate, an ea liberos à potestate patria liberet, de quo vide Locam. in fascicul. quest. 38. ita, verbi causa, certis de causis permissum est servis dominos accusare, l. 1. §. 8. de offic. Praefect. urbi. l. 53. ff. de judic. ita legitimis modis probandus quis est ingratus fuisse, l. omnimodo 30. Cod. de inoffic. testam. ita testamentum dicitur ordinatio, sub certa tamen legis definitione constituta. l. 13. §. ult. C. de testam.

III.

Qui disponit de modo rei, supponit rem non interdictam, D. Gerhard. de conjugio §. 33. p. 209. D. Dorisch. in Antipap. 209.

IV.

Modus implendi in conditionibus magis consideratur quam effectus, l. commodissime 10. de liber. & posth. intellige verum in voluntariis, secus in necessariis, quia tunc potius ad effectum respicitur. l. si mater. 3. C. de instit. & substit. Bart. & Dd. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posth. Corn. 276. Viso. num. 6. tit. 3. Aug. Bero. in rubr. de probat. num. 49. Unde quando sit respectus ad effectum seu rem ipsam, non curatur, à quo fiat, quo casu succedit regula: Non curamus de modo, dummodo habeamus effectum. l. 3. ubi Bald. in pr. de instit. & substit. l. si verò 12. §. si filiosam. 6. ff. mand. l. cum servus 104. ubi Cuman. num. 2. de V. O. sicut §. si debitori 16. quibus modis pign. vel hypoth. solvatur. Pantschm. 1. quest. pract. 19. num. 103. Pacian. 1. conf. 39. num. 35.

V.

Modus in vim conditionis resolvitur, l. 1. C. de his quae sub modo l. 92. de condit. & demonstr. cap. Raynaldus 18. extr. de testament. quo intuitu quandoque modus appellatur conditio, & viceversa, Balduinus Instit. de legat. Est enim causa quaedam finalis, ut ea deficiente extinguatur vel suspendatur debitum, perinde ac si deficeret conditio vel in pendenti esset. l. 17. §. fin. de condit. & demonstr. d. l. 1. C. de his quae sub modo. Gloss. & Azo in summa C. & Cujac. in parat. ibid. Goedd. vol. 1. conf. Marpurg. conf. 28. n. 123. Hinc vocatur modus, quod sit moderatio quaedam conventioni adjecta, l. 44. in pr. de oblig. & act. l. 14. l. 16. l. 76. l. 89. l. 97. §. possum. id. 102. l. 105. de verb. obligat. l. 87. §. ult. de condit. & demonstr. l. 1. ff. de condit. caus. dat. Burlat. 382. n. 21. cui adjectioni quidem standum, ut cuilibet alii licito & honesto pacto, dummodo idem status rei maneat, eo enim mutato non tenetur proprietarius modum servare, l. quare 54. §. inter locatorem 1. ff. locat. Decian. resp. 38. n. 9. vol. 2. Corn. conf. 750. n. 16. & conf. 105. n. 5. Unde is proprie modus dicitur, non conditio, quando

quando contractui vel actui perfectio adiectum fuit onus, Cravett. *conf.* 59. num. 1. vol. 1. Bald. in c. dudum el. 2. n. 27. de Elect. ubi ait, quod modus sit obligare reciproce, sed conditio non obligare reciproce, subdens modum debere impleri per viam compulsionis, si Domino expediat, conditionem vero per viam exclusionis, 1. si non impleatur, excludatur quis ab initio & exordio contractus. Adde & Jason. in l. si testamento n. 3. C. de instit. & substit. Zuehard. ad l. 1. n. 173. C. de pact. Tiraq. de retract. consanguin. §. 8. Alciat. *resp.* 210. n. 6. Si itaque modus vocetur interdum conditio, id de conditione resolutive, quæ proprie modus est, non autem de conditione suspensiva, quæ proprie est conditio, intelligendum erit. De cuius distinctione vide Accurs. in l. 2. ff. de in diem addit. Bart. in l. 1. col. 4. vers. 3. & in l. quibus debetur §. Titio oppos. ult. ff. de condit. & demonstr. Menoch. *conf.* 388. num. 15. vol. 4. & *conf.* 494. vol. 5. Vultej. in *Conf. Marp. conf.* 21. vol. 3. n. 184. quam distinctionem quidem admittit Carpzov. *part.* 3. *constit.* 13. *defin.* 26. n. 4. in contractibus, secus vero in ultimis voluntatibus & legatis, ubi parum differre modum à conditione, cum modus sit causa finalis dispositionis, ait post Crav. *conf.* 59. n. 4. Anton. Faber in C. libr. 6. tit. 22. *defin.* 2. n. 3. in idem modum, in legato pro conditione observari, textus est in l. 1. & 2. C. de his quæ sub mod. vid. Wessing. in *parat. de condit. & demonstr.* n. 9. In dubio tamen potius modus quam conditio presumitur, l. Marcia 44. ff. de manumiss. testam. Aretin. *conf.* 149. in fin. Alex. *conf.* 192. vol. 1. n. 2. vers. confirmo. Ruin. *conf.* 60. n. 5. vol. 2. Cravett. *conf.* 59. n. 1. vol. 1. Mandel. *conf.* 4. n. 34. Malfard. de probat. vol. 1. conclus. 343. n. 1. quapropter qui modum non implet, privatur relicto sibi commodo, Menoch. *conf.* 78. n. 6. & 17. Surdus de aliment. tit. 9. quæst. 6. n. 56. & quæst. 23. n. 7. Cum in modo non acquiratur actio, nisi præstita cautio sit de illo implendo, Steph. Grat. *discept. forens.* c. 400. n. 15.

Cap. LII. De Molendino.

Axioma I.

Omnia Molendina sunt immobilia non modo ædibus juncta, l. 21. de instruct. & instrum. legat. Carpz. P. 3. *constit.* 24. *def.* 8. n. 1. 2. Berl. P. 3. *concl.* 30. n. 10. 11. Sed & pneumatica, Hering. *tract.* de molend. cap. 8. n. 49. Finkelthaus. *obs.* 26. n. 18. quamvis dissentiat Carpzov. P. 3. *constit.* 31. *def.* 4. & navalia Struv. in *Synragm. Jur. Feud.* cap. 6. apb. 11. n. 6. Dissent. Richter de success. ab intest. sect. 4. membr. 2. n. 23. Reinking de retract. consang. q. 3. n. 117. Carpz. P. 3. *const.* 24. *def.* 8. n. 3. ibique allegati.

II.

Molendinum in flumine publico navigabili edificari non potest sine licentia Principis vel superioris, Alex. *conf.* 193. vol. 2. neque molendinum novum facere licet in præjudicium prioris, si avertatur aqua, si consuetudo obstat, vel jus tale sit præscriptum, Schneid. in §. 2. Inst. de

interd. n. 56. P. Friderus de Process. Cam. L. 2. c. 38. Eichard. 2. *conf.* 132.

Cap. LIII. Molestia.

Axioma I.

Molestiam inferre alii per se illicitum est, l. 4. C. finium regund. ubi Bald. & injuriosum, l. injuriarum. §. fin. ubi Bart. & Alber. ff. de injur. ideoque iusta causa non præsumitur, nisi probetur, l. 1. in fin. C. unde vi. l. si non conviciu. C. de injur. gloss. fin. in c. cum causam. de re jud. Unde si quis non debitum exigeret, l. 3. C. de O. & A. vel non debitorem q. debitorem appellaret, hoc injuriosum foret. l. injuriarum 13. §. si quis per injuriam 3. ubi gl. si vero §. in fin. qui sarris dare cogantur. l. si fidejuss. 29. §. in omnib. §. ff. mand. l. 3. in fin. ff. de crim. stellion. l. item apud 15. §. ait prator. ff. de injur. Schurff. *consil.* 15. numero 17. cent. 3.

II.

Prohibitus molestiam inferre, non prohibetur molestare de jure. Felinus in cap. causam quæst. 18. n. 14. de rescript. Gail. 1. obs. 22. n. 7. gloss. in cap. 1. de stat. Monachor. in verb. inferatur. Carpzovius *part.* 2. *constit.* 36. *defin.* 8. n. 6.

Cap. LIV. Momentaneum.

Momentanea in consideratione non habentur. Menoch. *cap.* 13. *recup. poss.* num. 87. Exempl. vid. in l. ult. §. ult. C. de bon. qua liber. ubi momentanea acquisitio non est considerabilis. Unde & à viro non dicitur divertisse, quæ per momentum ab eo abfuit. l. plerique 33. de ritu nupt. l. divorcium non est, 3. ff. de divorti. sic solvens ut statim repetat non dicitur solvisse, l. qui sic. §. ff. de solut. sic prohibitus alienare extra familiam non dicitur prohibitioni contravenisse, quando per momentum tantum res fuit extra familiam. Angel in l. voluntas. C. de fideicom. quem sequitur Crot. in l. si is qui pro emptore. num. 7. de usufr. Opiz. Papienf. in l. filiusfamilias. §. Divi. num. 10. de leg. 1. Simile addit Crot. ex Angel. & Rom. in l. sequitur. §. item Labo de usufr. ubi respondet emphyteutam alienantem emphyteusin Domino irrequisito non amittere, etiam si tantum per momentum alienatio durasset. add. & Roland. à Valle in *tract.* de lucro dot. quæst. 59. Tiraquell. in l. si unquam. in verb. susceperis. num. 171. & 172. C. de revoc. donat. & in *tract.* quod cessante caus. cess. effect. limit. 23. ubi alia similia profert. Imprimis autem in pœnalibus & odiosis actus momentanei non sunt in consideratione, nec illi ullatenus puniuntur, aut puniri possunt. Francisc. Vavus cum adductis lib. 3. *decis.* 505. num. 2. vid. & Rip. in l. cum filiosam. num. 43. de legat. 1. qui relata declarat, eaque in considerationem venire dicit, si prodesse commodumque afferre queant, de quibus Petras. *sing.* 26. tu habes, quemadmodum etiam consideratur, cum de extinctione actus alicujus agatur, l. cum heredes 23. §. 1. de acquir. posses.

Ubi 2

ubi